



Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

88 Temperantem esse circa venerem vt est in cibo & potu temperantium seruare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](#)

quod est
petius: si
bitrō so-
videatur,
quit, o ci-
enus pro-
fa gesen-
t clariss-
mūm vī-
exerce-
Huldrii
a, hoch-
dit: Eg-
lia natu-
strat-
Ioanne-
ed abine-
n, qui-
tatus nū-
: arque-
tingue-
. A Eres
enit, n-
ve voc-
am facie-
ffimis-
Que ca-
ellit De-
& viu-
seruens-
& seru-
pt.

gratiam lubens facio : siquidem periculum est, ne nimis accurata illa diligentia tandem futo-rem , aut eiusmodi aliquem familiae nostrae con-ditorem exterebres. Quo responso mansuetissi-*Omnia ini-*
muis Imp. eorum vanitatem irrisit, qui à Troia- tia tenuia-
nis, & nescio quibus originem suam repetere
volut.

SIGNVM LXXXVIII.

TEMPERANTE M ESSE CIRCA VE-
nerem, vt & in cibo, & potu tem-
perantiam seruare.

A lexander Magnus summopere commenda-tur, quod cum virginem pulcherimam, alteri desponsatam, cepisset, eam intactam ad virum cum magnis muneribus dimiserit. *Veget. lib. 2. de re milit. Gell. lib. 6. cap. 8.* Idem de Scipione Afri-canō Valerius recenset: & Trogus de Annibale Carthaginensi. Vide locum de Castitate. Reges pri-mō sua corpora bene regant, desideriorum mo-tus compescant. Sensibus subditus, qui domina-bitur alijs?

Cyrus Rex Pantheam captiuam omnium for-mosissimam vertuit ad se duci, ne illius amore corriperetur. *Xenoph. lib. 5. & 6. pādia Cyri.*

Missos facere honores, nec attingere Remp. illi debent, qui voluptatibus ducuntur, cupidita-tum sese lenocinijs dederunt: (*Cic. pro Sestio*) So-crates Principatu dignum vult esse δαλεκτότατον, optimum ratiocinatorem, vt in-telligat quid quaque in re vel boni, vel mali sit:
(*Xenoph.*)

(*Xenoph. lib. 3. de Socr.*) quia Principis ac Magistratus personæ non solum animis, sed oculis etiam ciuium seruire debet. (*Cic. 3. Phil.*) AEstimantur ac ponderantur delicta pondere & autoritate personarum. Hinc Solon legem tulit grauissimam, ut ebrius Magistratus impune occideretur, Nec cæteris dignè vñquam imperabit, sibi impetrare qui nescit: (*AEmyl. li. 8*) nec esse potest boni in animo per libidinem corupto: (*Tacit. lib. II.*) corrupti enim voluptates indole virtutis, labefactant ingenium, eripiunt consiliū: (*Plut. in Harrib.*) pariunt contemptum: (*Arist. s. Pol. cap. 10.*) imò nemo ab alijs contemnitur, nisi à se ante omni contemptus est: (*Seneca de Consol. cap. 15.*) præbet etiam occasiones struendi infidias, & opprimendi Magistratus plurimas: (*Arist. ibid.*) & grauissimæ pœnitendi causæ voluptates sequuntur: quia enim à natura honestatis maximè appetentes sumus, necesse est, ut turpitudinis, ac dedecoris cordatione affligamur. (*Ofor. 8. de Reg. Inst.*) Certe si qui canes ad venationes alunt, eā in cui iucubunt, ne nimium impleantur, veloces sint: & ip̄i canes cum aliquid ceperunt, etiam vrgente fame ab esca abstinent præsente, dominumque suum exspectat: multo magis deber Magistratus esse temperans, ut grauissima negotia expediatur. (*Chrysoft. Hom. 42.*)

P. scipio Africanus, in Hispaniam missus, insolentissimos Numantinæ urbis spiritus, superiori ducum culpa munitos nunquam fregisset, nisi dicto ea omnia, quæ luxuriae ac voluptatis gratia coparata erant, submoueri penitus iussisset. Val. lib. 2. Frontin. lib. 4. Eutrop. lib. 4. Flor. lib. 2. Ebrius Magistribus idem accidit quod curribus eum

nire solet, à quibus aurigæ excussi sunt: vbi illi
his destituti, temere feruntur. (*Isocr. ad Demon.*)
Nequè quicquam magis est ridiculum, quam cu-
stode custodem indigere. (*Plato 3. de Rep.*)

SIGNVM LXXXIX.

TEMPLA MAGNIFICE, RELIGIOSE,
& honorificentissimè exstruere. & reficere.

I. **A**grrippa Rex Iudaorum in libello supplici ad
Caïum Imp. Hoc templum (Hierosol.) ait,
Agrippa auus tuus inuisit, & honorauit. Augustus
quoque per litteras iussit yndecunq; illuc mitti
primitias, instituto ibi etiā quotidiano sacrificio,
honorauit id & tua proavia. Quāuis infensos ha-
beret accolas, tamē semper sua religione tutum
fuit, vt sacratū Conditori Patriq; rerū omnium.
Sciebant n. violationē eius expiatā sāpe grauissi-
mis calamitatibus: quamobrem veriti sunt iace-
re impietatis semina, ne sibi perniciē inde nece-
rent. (De Templi structura, quæ Matth. 24. Disci-
pulorum Christi oculos in se conuertebat, & in-
tuentiū animos admiratione afficiebat, lege Io-
seph. Antiq. lib. 15. cap. 14. aduers. Appion. lib. 2. de
bell. Iudaic. lib. 6. cap. 6.) M. Agrippa tuus auus
maternus, cùm spectas' et templū, & decoros ri-
tus Sacerdotū, puritatēq; ciuiū delectat: est spe-
ctaculo, vt mirifico, & ineffabili, adeò vt inter fa-
miliaria colloquia nihil tūc in ore haberet aliud,
quam laudes Templi, eiusq; ornamenterū. Ergo
quādū hæsit ibi (Hierosolymis,) in Herodis (aui
mei) gratiā accedebat id quotidie, oble etas ani-
mū contéplatione lacri apparatus, & sacrificiorū
ordine, verendæque Maiestatis in Summo Sacer-
dote, sacrato cultu, ornatu, præsidente q; cæteris:
dein